



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesius**

**Sammieli, 1613**

De sacramento confirmationis c. 24.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

duo, vir, & fœmina, quamvis alter  
horū tantum sufficiat, ut moneat  
Concil. Trid. sessione. 24. Cap. 2.

*De Sacramento Confirmationis.*  
Cap. 24.

**B**aptismi sacramētum sequitur, illud Confirmationis, quod cetera præcedit. Huius materia est Chrisma ex oleo olivarum, & balsamo confectum (sine quo sacramentum imperfectū esse videtur) consecratum ab Episcopo consecrato. Forma sunt illa verba, Consigno te signo crucis, & confirmo te Christmate salutis, in nomine Patris, & Filii, & spiritus sancti, Amen. Minister huius sacramenti ordinarius est Episcopus: dispensationis simplex sacerdos, debet vero Chrisma quo constat esse eiusdem anni, subiectum eiusdem sunt. Viri, &

fœminæ usum rationis habentes,  
baptizati, sine pec. morali, & ieu-  
ni salte ex decētia. Eiusdem sacra-  
menti effectus tres sunt. Character  
scilicet, gratia, & affinitas Inter  
confirmatum & patrimum. Neces-  
sarium non est necessitate salutis:  
illud tamen omittere peccatū est.

*De Materia Sacramenti Eucha-  
ristie. Cap. 25.*

**M**ateria huius sacramenti  
duplex est, panis scil. azi-  
nus purus, ex frumento,  
& aqua elementari confectus, in  
Ecclesia Latina, nam Græci etiam  
in fermentato ritè consecrant. &  
vinum ex vuis, non agresta, neque  
acerum, & cum vino adhibendum  
est paululum aquæ, quamvis sine  
ea, valida sit consecratio. Vtique  
materia debet esse certa, & deter-  
minata in intentione consecratis,  
& sacerdoti præsens, saltem præ-